

808.8209

DISSE⁹RAT^TO IN AVGVRALIS
OBSERVATIONES QVASDAM IVRIS
GERMANICI ET SAXONICI

CONTINENS

Q V A M

1776 7

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

C A P E S S E N D I S

D. XI. APRIL. A. R. S. MDCCCLXXXI

H. L. Q. S.

SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE GRATIA

S I N E P R A E S I D E

D E F E N D E T

A V C T O R

E R N E S T V S G O T T L I E B M E I N H O F

K E M B E R G A - S A X O

I V R I S V T R I V S Q V E C A N D I D A T V S , E T A R C H I V I S E N A T V S S A N C T I O R I S ,
Q V I R E B V S S E R E N I S S I M I P R I N C I P I S E L E C T O R I S S A X O N I A E
F I S C A L I B V S P R A E E S T , S E C R E T A R I V S .

V I T E M B E R G A E

L I T T E R I S C A R O L I C H R I S T I A N I D Ü R R I S .



DIESER TUTORIS INVA CARVHS
OBSERVATIONES QVAS DVM LVRIS
GERMANIC ET SAXONICI

CONTINENS

PRO SUMMIS IN ALLEGORIIS HAC MUSICA

CAPITULI XI.

DE UL VERSIS A LXXX MDCCLXXXII

SEMINARIUM IURIMICHEM INSTITUTORUM SAXONICUM CANTU

SINE TRAVEIDE

DEUTERONI

AMORE

ERINIAS GOTTFREDI MEINODE

SAKRAZOL.


IVANAE ALLEGORIE CANDIDATAS ET ALICIAE SIRATAS SEMINARIO

ET GILDE SEMINARIUM IURIMICHEM INSTITUTORUM SAXONICUM

EDICITUR THERETRUS SEMINARIO

IVANAE ALLEGORIE CANDIDATAS ET ALICIAE SIRATAS SEMINARIO

ET GILDE SEMINARIUM IURIMICHEM INSTITUTORUM SAXONICUM



OBSERVATIO I.

*Poenarum quarundam singularium, in legibus et statutis
Germaniae obuiarum, spicilegium.*

§. I.

In quibusdam Germaniorum poenis singularibus, quas antiquae leges atque statuta patria continent, enarrandis, ea, quae viri doctissimi, iurisque Germanici studio dediti, singulis libellis exposuere, minime repetam, sed paucas tantum poenarum species, ab iis vel plane praetermissas, vel leuiter tactas in medium proferam, spe ductus gratissima, fore, ut eruditi homines haec mea qualiacunque ad cognitionem antiquorum morum promouendam symbola beneuole accipiant, de iisque aequum ferant iudicium. In

A eo

eo autem argumento pertractando ita versabor, vt a nonnullis mulclarum speciebus, leuioribusque poenis ordiar, et deinde ad grauiores criminum coercitiones progrediar. Inter illas vero primo loco collocanda esse videtur *poena cereuifiae vinique*, genio maiorum nostrorum apprime conueniens. Nimiram Germani, vti *Tacitus* testis est locupletissimus,^{a)} humorem illum ex hordeo atque frumento mirum in modum amantes, et de reconciliandis inuicem inimicis et iungendis affinitatibus et adsciscendis principibus, de pace denique ac bello, plerunque in conuiuis consultabant, atque etiam ad ebrietatem proni, diem noctemque cotinuare potando nulli probrum existimabant. Eodem modo, testantibus veterum rerum gestarum monumentis,^{b)} maiores nostri fidem inter pocula in negotiis tam publicis quam priuatis firmabant, principes heredes nouum imperium iis auspicabantur, in honorem virorum fortissimorum pro patria mortuorum posteri magna zytho repleta cornua exhauebant, mulieres amores fideique mutuae memoriam et sanctitatem, porrecto degustatoque poculo, testabantur, fortesque viri epulas lautas cum Odino post mortem celebrandas, in iisque pocula optima cereuifia plena somniabant.^{c)} Quid itaque mirum, si non solum in antiquissimis diplomatis cereuifiam vinumque inter annuas praestationes deprehendamus,^{d)} sed etiam certam huius potus quantitatem, loco mulctae, dannam

^{a)} de moribus German. c. 22. 23.

^{b)} de moribus septentrionalium populorum firmandi fidem per pocula, vid. de *Westphalen* in *praef. ad Tom. IV. monum. iued. Cimbr.* pag. 4 sequ.

^{c)} vid. *Dreyeri Sammlung verschiedener Abhandlungen u. s. w. Tom. III. p. 1393.*

^{d)} de Bedis vini, mellis, et cereuifiae vid. de *Westphalen* in *praef. cit.*

pag. 95. not. 1. Sic quoque in charta anni 706. apud *Hergott. in Geneal. Habsb. Tom. I.* pag. 9. occurrit census XXX. sclarum de *ciruifa*, et apud eundem pag. 12. in charta anni 789. census *vini*. In seruitiis ciuitati Winzenburch ad imperatore impositis inuenimus inter alia vnam vnam medonis, dimidiam vini quinque cereuifiae. vid. *Falckenflein in cod. dipl. Nordgau.* pag. 22. sequ. Praeterea cereuifiam colle-

dām iniuriamus? Cuius rei exemplorū in antiquis statutis tanta est frequentia, ut agro in hoc fertili, arctis circumscripti limitibus, quasdam tantum spicas decerpere possimus. Sie apud Dithmarsos diei dominicae violatae poena erat cereuisia.^{e)} Apud eosdem in antiqua formula foederis iniuriae reales,^{f)} vti secundum statuta Orlamündensia 1381. condita,^{g)} rixae in A 2 curia,

collegia opificum pro recipiendo nouo collegii membro exigeabant. vid. der Innungsbrieft der Kürschner zu Quedlinburg anni 1478. apud Lüth. in cod. diplom. Quedlinburg, pag. 821. Nec non ea pro sportulis iudicilibus interdum danda erat, vti Statuta Otterndorffensia art. 1. docent. Verba haec sunt: *Eth soll de Kleger up yderen Rechtdag dem Gericht veer Schillinge gevenn, vnd we de Sake gewinnt eine Thune Hamborger Beer.* vid. Puffendorfii Obscrv. Tom. II. in app. pag. 163. Sic quoque secundum statuta ciuit. Nienborgh, ibid. Tom. II. stuprata, quae peperit, a stupratore inter alias res certum cereuisia modulum. *Cene halve Tonne Bierß thon Abdrecht,* > datis s. satisfactionis loco accipit.

e) vid. Constitut. de anno 1537. sub tit. von Bestrafung offenbahrer Sünder. *So dann ock mit dem ganzen Lande angenahmen, den Sündag, und alle Feftdage in der hlligen Schrift bewehret, na Rahde unferer Superintendenzienten zu hlligende, to fyrende, Gades Wort to hörende, den ganzen Dag Gade to laven, und to priesen: dar jemand dat verachtete, soll eine Tunne ingebrauen Beers an dat Büroschop, dar se wohnet, verbraken heb-*

ben, und eine Tunne Beers an de Schlitters. Quae constitutio anno 1540. confirmata, et iisdem fere verbis repetita est. vid. Ant. Viethii Geschichte des alten Landes Dithmarschen P. III. c. 4. von dem alten Landrechte pag. 167. et 173.

f) vid. Vieth. l.c. pag. 164.

g) art. 17. Item: *ouch ist unser Stadtgewohnt und Fryheit, welch Bürgers eyn Hadir adir Vrlaub macht in deme Ratishuse zcu deme Voitsdinge welchij's jars das were, der fall das Fass wieder fullen, das man zcu dem Voitsdinge des jars trinket, es si Win adir Bier, zcu Busse.* vid. Celeberr. Walchii Beyträge zum Deutschen Rechte, Tom. II. pag. 77. Simili constitutio quoque occurrit apud Kreyßigium in den Beyträgen zur Saecif. Historie, Tom. IV. N. 14. pag. 425. in diplomate anni 1527. quod continet confirmationem societatis militaris (Schützenbrüdergesellschaft,) Wchensis, „*und so Imands in solcher unferer Gesellschaft einen Hader oder Aufruhr machen wütide, der fall den Gesellen das Fas an aken Benel wie derumb mit Bltier thöllen.*

curia, aduocato ius dicente, motae, nec non leuiores iniuriae, verbaque contumeliosa secundum constitutionem *Hadelensem*^{h)} cereuiae poena coercebantur. Sie statuta *Weissenbergica* in Lusatia superiori iuris bannarii, quod ibi molendinis inhaeret, violationem,ⁱ⁾ statuta *Rugenwaldensia* pretii cereuiae venalis à magistratu determinati excessum,^{k)} statuta *Francohuzana* omissam salicu[m] plantationem, annui sénatus officium neglectum,^{j)} et leges vndecim collegiorum opificum *Osnabrugenses* procerum in conuentibus absentiam^{m)} eadem poena vlciscebantur. Secundum statuta *Otterndorpenia* singulis annis tria potissimum iudicia habenda sunt, quibus omnes eius iurisdictioni subiecti

inter-

h) vid. apud *Puffend.* l. c. Tom. I. pag. 50. die Verordnung des Hadelserischen Landgerichts und Rechtns etc. Part. IIII. tit. 7. von *Injuriens und Schmähſachen*. Verba haec sunt: *Alle andere schlechte Injuriens und Schmähworte sollen mit einer Tunne Bier verbüſtet werden.* Eodem modo Part. I. tit. 3. contumaces puniuntur. ibid. pag. 7.

i) Extant haec statuta de anno 1623. apud *Kreyfigum* l. c. Tom. V. N. 2. pag. 25. En! ipsa verba artic. 37. Es soll sich auch ein jeder Unterthuner oder Einwohner seiner Herrschaft Mühlen verhalten, und außer denen selbstigen in fremde Mühlen durchaus gar nichts fahren, noch tragen, es erforderne dann die äußerste Noth. Do aber einer, er sey reich oder arm, mit dem wenigsten begriffen, oder befinden würde, und soches übertrrete, oder vorbreche, so soll derselbe der Herrschaft 10 Schock, und dann einem ehrbaren Rathe eine Thone Bier, dem Müller aber, daveu der Verbrecher ge-

hörig gewesen, doppelte Metze versalten seyn.

k) Liber statut. *Rugenevald.* anno 1645 conditorum extat in collectione Excell. Schotti, quae inscripta est: *Sammlungen zu den Deutschen Land- und Stadtrechten Tom. II.* pag. 99. Ibi §. 12. „Kein Brauer soll die Tonne Bier höher, als es von E. E. Rathe gesetzet, verkaussen, by Verlust einer Tonne Biers, so offte hierwider gehandelt wird.“

l) vid. *Walch.* l. c. Tom. I. pag. 208. ibi art. 20. „— ein Faß Einbeckisch Bier — aus eignem Beutel zur Büſte.“ Cf. *ibid.* T. VII. p. 199. Statuta opidi Greiffen d. a. 1556. art. 24.

m) *Ibid.* Tom. VI. pag. 284. extant die Gesetze der eilf Aemter Freunde zu Osnabrück. Ibi tit. 2. §. 43 wenn kein Gildemeijster vom Amte bey dem Collegio der Freunde erscheinet, seyn die regierende Gildemeijster auf ein Viertel Bier straffällig.

interesse debent, absentesque, nisi legitima afferre possint impedimenta, multam cereuiliariam praestare tenentur,ⁿ⁾ et sub eadem poena ius *Hadelense* singulis partibus in causa peroranda vnicum patronum permittit.^{o)} Alia contra ea ciuitatum Germaniae iura haud infelici, vt mihi videtur, commutatio vim cereuiliariae substituerunt. Cuius rei exempla obuia sunt in statutis *Lubecensibus*,^{p)} *Susatenibus*,^{q)} *Hamelensisbus*,^{r)} *Aquisgranensisbus*,^{s)} alisque quam plurimis.^{t)} Quid? ea poena a patriis, Saxonis scilicet legibus haud aliena est, dum secundum *Ordinat. Prouinc.* a diuis fratribus *Ernesto* et *Alberto* anno 1482. promulgata, exercitium venationis intra clausum tempus certa vini

A 3 Rhenani

ⁿ⁾ vid. *Puffend.* l. c. Tom. II. in app. pag. 163.

^{o)} vid. *ibid.* Tom. I. in app. pag. 8.

^{p)} vid. *Iur. Lubec.* cod. antiqu. apud *Westphalen* l. c. Tom. III. pag. 625. Ibi: Qui alium baculauerit, vel ad baculandum aliquem baculos apporauerit, si hoc bonis hominibus confiterit et probari poterit, poena compositionis X. marc. argenti, et plaustratae vini reus erit. In versione vernacula pag. 648. plaustratae vini vocatur ein *Voder Wins*.

^{q)} Iure antiquo *Susatenis* appellatio ad iudicium exterum vini poena coerebatur. Verba legis haec sunt: *Vortmer, so mey ein Ordell dat in dem Gerichte gewijet is, vor ein ander Gericht, uit der Stadt scheldet, de fall dem Rade wedden sein March, und ein Voder Wins.* vid. de *Westphalen* l. c. Tom. IV. pag. 5072.

^{r)} In privilegio ciuitatis *Hamelensis* anno 1335 accepto hic locus occurrit: *Si contentio vel discordia sit inter ali-*

quos Burgenes vel de percusione, vel capillatione, post emendam iudicii reus dabit confutibus Amam vini, etc. vid. *Leibn. Script. rerum Bransu.* p. 515. Conf. quoque *Puffendorf. obs. iur. in app. Tom. II.* pag. 267.

^{s)} In privil. et statut. ciu. *Aquisgran.* quae innenjuntur in *Ludolfi collectiuncle quorundam statutorum prouincialium et urbium Germaniae* pag. 596. n. 37.

^{t)} e. gr. in antiquo iure aulico, (*Gaards Ret edder Hofrecht*) a Frid. II. rege Daniae 1562. dato occurrit *eine Tonne Düttsch Bier* loco poenae. vid. *de Westphal* l. c. Tom. IV. p. 1841. In Statut. *Rigen*. art. 142. apud *Puffend.* l. c. Tom. III. in app. pag. 268. in iure *Hamburg.* Seß. II. §. 2. apud *Westphal*. l. c. T. IV. pag. 3015. in iuriis antiquis *Tremoniensisbus* vid. *Dreyeri Nebenstunden* p. 419. in privilegio a Landgrau Henrico 1294. ciuibus *Francobergicis* dato, apud *Kuchenbeckerum* in *ancientis Hassiacis Coll. V.* pag. 185. Qua in vrbe etiam, teste *Wigando Gerstenbergero* in *chronico*,

Rhenani quantitate, ei, qui legis violatorem deprehendit, dan-
da, punitur.^{a)} Nec plane sublatum hunc puniendi modum
atque obliteratum esse, credamus. In pagis, et quidem prae-
cipue in pignoribus captis reluendis adhuc sancte obseruatur,
certisque diebus incolae omnes, ne reo quidem, qui multam
soluit, excluso, hoc potu gratissimo vel in caupona, vel in scul-
teti aedibus recreantur.

§. 2.

Veteres autem statutorum iuriumque conditores, in poe-
nis emendisque determinandis, non vbique de compotationibus
iucundis, sed de aliis quoque ad usus publicos necessariis rebus
comparandis cogitarunt, curaeque huic prouidae quarundam
poenarum originem tribuere, haud dubitamus. Exempla sunt
in promtu. Inter sacra facienda ingens candelarum e cera con-
fectarum ardentium numerus olim conspiciebatur, societas
religiosae, nec non opificum collegia cereis incensis conuen-
tus suos splendidiores reddebat,^{b)} principibus urbes sollemnisi-
ter

nito, vino iura ciuis acquirenda erant,
— der musste denen Herren ein
Frankisch Fuder Wein geben, so
auf dem Stein bey Würzburg ge-
wachsen war, dem Richter und Schult-
heissen eine Ohm, jedem Schießen
einen Eimer voll mit vier Reisen
gebunden, dem Schreiber und Knech-
ten jeglechen einen halben Eimer voll.
vid. Kuchenb. I. c. pag. 158.

b) vid. Cod. August. T. I. p. 12.
Verba, quae hic pertinent, haec sunt:
der soll dem, der ihn darüber betritt,

oder des sonstigen auf ihn beweiset, ein
Laegel Rheinfall zur Buß geben.

c) Hinc in statutis opificum mentio-
fit eorum, qui cerei praefunt, die den
Kerzen vorstehen. vid. Kreyfigii Bey-
träge zur Saechs. Gesch. Tom. II.
pag. 148. et 150. Conf. de Westphä-
len l. c. Tom. IV. p. 3320. Huc quo-
que pertinet priuilegium pellionum
Quedlinburgensem collegio 1478. da-
tum, cuius verba haec sunt: Auch sol-
len sie haben 4 Kerzen und eyn Bälte-
kyn in S. Benedictus Pfarr-Kirche, die
si von Jahre zu Jahre bessern sollen,
und

ter introeuntibus eos praeferebant,^{a)} nullumque sunus solenne sine iis ducebatur.^{b)} Quam ob rem non solum monasteria ab hominibus propriis *cera* loco census,^{a)} et collegia opificium eam pro nouo socio recipiendo exigebant,^{b)} sed varia etiam delicia in statutis antiquis certa *cerae* quantitate coercentur. Alia nempe statuta diuini cultus contemtum, clamorem atque confabulationes inter orationem sacram et inter sacra facienda cuiusuis rei venditionem *unius librae cerae* poena prosequiuntur,^{c)} alia eodem modo rixas et altercationes in so-

und damit allen Procession zu gebor-
lichen Zeiten gleich andern Innungen
gewertlich sein, und zu yren Begeng-
nissen nutzen. vid. Erath. I. c. p. 821.

y) Quid, vt vno hoc exemplo
vtar, imperatore Sigismundo anno
1433. Argentoratum introeunte fa-
tum Koenigshoven in chronic Argen-
torat. C. II. pag. 145. his verbis me-
moriae prodidit: *den empfieleg die*
Stadt von Strasburg herlich, und alle
Ritter und Knecht mit ihren Frauen,
darnach alle Handwerck hetten ihre
Standkerzen und trugen ihnen vor
und nach.

z) Quid? eorum cereorum in fune-
rali pompa adhibendorum pondus, ad
coercentios nimios sumus, nonnullis in
statutis determinatum deprehendi-
mus. Sic in statutis Francosurt. de
anno 1356. dispositum: *Auch en ful-
len nyman keyne Kerzen uitir die Gra-
be tragen, der eine me wazses habe,*
denn zwey pfund wazses. vid. Senckenb.
Seletta iur. et hist. P. I. p. 57.

a) Hinc ceroeniales quoque pro
hominibus propriis userantur. vid.
Puffend. Tom. II. pag. 35. in app.
Præterea *cera* inter alias annuas præ-

stationes in variis donationum diplo-
matibus occurrit. Sic Thimo de Lis-
nik monasterio Buch anno 1291. ex
agris Dreszowii et Glunii possessis
duas libras *cerae* quotannis dare pro-
misit. vid. Kreyfig. 1. c. Tom. II.
pag. 68.

b) vid. statuta Fribergensia apud
Schottium V. III. in den Sammlungen
zu den Deutschen Land- und Stadt-
Rechten P. III. pag. 287. sequ. den In-
nungs-Brief der Becker zu Seyda im
Erzgebirge de anno 1443. apud
Kreyfig. 1. c. Tom. II. pag. 148. sequ.
Statuta Chemnitiano anni 1414. apud
Riccius von Stadtgesetzen I. 15. §. 17.
ibi: *Wollte einer bey einem Hand-
werk Meifler werden, so soll er zu*
den Kerzen daffelben Handwerks
2 Pfund Wachs geben. Statuta des
Raths der neuen Stadt Salzwedel für
die Kramer Gilde de anno 1428 apud
Gerkon in diplom. vet. March. Tom. I.
pag. 364. Conf. quoque Erathii Cod.
dipl. Quedlinburg. pag. 821.

c) vid. Bertuchii chron. Portense
pag. 95. nec non Extratti aus den
Land-

ciorum conuentu vindicant,^{d)} alia denique, ne quis sine legitimis impedimentis in funere ducendo, aliisque conuentibus absens sit,^{e)} aut arcanae sociorum consultationes prodat,^{f)} sub eadem poena vitanda cauent. Nec desunt aliarum mulierum, ad quas determinandas legislatores eadem sane commo- uit ratio, exempla notatu digna. Sie in *Saxonia* intra tempus venationis clausum animalia sive maiora, sive minoria prosequentium poena est *centum modiorum auenae*, tam ad feras hyeme nutriendas, quam ad alendos equos venatorios necessariae,^{g)} aliisque in statutis mulieres pugnis se inuicem caedentes, sive aliis quoque manus infestas inferentes,^{h)} saltationes impudi- cæ,

*Landtagsverordnungen zu Weissensee
in Gotha 1446 — den Sonntag zu
feyern bey Poen 2 Pfund Wachſs
der Kirchen, so oft einer übertritt,
ausgenommen die Jahrmarkte.* vid.
Rudolphi Gotha diplom. P.I. pag. 137.

*d) vid. statuta des Raths der neuen
Stadt Salzwedel für die Kramergilde
l. c. ibi: Weret dat eyn der Gilden-
brudere mishandelte enen syner Kum-
panen mit worden in der hegeden Mor-
genspracke, de schall breken eyn punt
Wafſes to hylce den lichten. Conf.
leges fratern. S. Iacobi Halee 1500.
conditae apud Ludw. in reliqu. Mscrit.
Tom. XII. pag. 305. sequ.*

*e) vid. Monum. Boica Tom. IV.
ibique in diplomat. misc. conuentus
Frombacensis die Satzungen der Brü-
derschaft zu Glocknitz de anno 1255.
pag. 168. Libr. fundation. Kaland. Ki-
lon. apud Westphal. l. c. Tom. III.
p. 563. et ibid. p. 570. Statuta eius-
dem societatis de anno 1518.*

*f) vid. statut. pistorum Seydensum
apud Kreysig. l. c. Tom. II. pag. 143.
sequ. ibi: Ab ymant dy Morgenpro-
che melthe und offinbarde, der fall
ein Pfund Wachſ gebin.“*

*g) vid. Auschreiben d. a. 1543. in
Cod. Aug. T. I. p. 25. et Mandat. d.
a. 1626. ibid. T. II. p. 550. Cf. quo-
que, quae monuit ill. Schott in Inſtit.
iuris Saxon. elec̄t. priu. p. 239. et 241.*

*h) vid. Statuta Teuchelsi, in editio-
ne Schwarzburgica d. a. 1611. tit. 6.
Von Iniurien und derſelben Beſtrafung.
§. 12. Schlagen ſich Weibspersonen,
ſo ſollen ſie an das Halsejien treten,
oder einen ſack voll Hafer
mit einem rothen Bande zugebun-
den zur Straffe vor dem Rath brin-
gen, davon die Helfſte Gn. Obrigkeit
zu lievern.“ Artikel ſo auf dem
Churf. Landgericht verleſen werden,
apud Puffend. T. II. p. 358. ibi art. 63.
Wenn ein Weib einen andern ſchlägt,
oder eine Frau oder Magd einen an-
dern rauſten, ſchlagen, ſchelten, und
keine*

cae,ⁱ⁾ nec non contumaces eadem, modo maiore, modo minore multa puniuntur.^{k)} Sic Blankenburgi in terris Schwarzburgicis rixosae mulieres chartam (*ein Ries gutes Schreibe-Papiers.*) et ceram viridem signatoriam (*vor einen Schilling grünes Siegel-Wachs*) ipsae in curia senatui offerre,^{l)} vxores, quae maritis manus impias inferunt, maritique effoeminati, tantas iniurias ab vxoribus illatas aequo animo ferentes, pannum, ad vesiendos duos apparidores, loco poenae comparare tenentur.^{m)}

§. 3.

Citharoedos, histriones, omnesque in scenam prodeuntes leuis notae macula in Germania olim laborasse, res est notissima. Exinde vero eiusmodi hominibus, tam re, quam ver-

keine Wunden werden, soll die Frau einen neuen Sack von 6 Ellen, und einen Malter Hafsern, nebst einem rothen seidenem Bande von 2 Ellen, womit der Sack wird zugebunden, Strafe geben.

i) in Statutis Weissenbergicis d. a. 1623. art. 42. apud Kreyfig. l. c. Tom. V. N. 2. p. 27.

k) vid. Vieth. l. c. p. II. c. 3. p. 156. et Dreyer. Abhandl. Tom. III. p. 1507.

l) vid. Celeberr. Wakhi Beytraege zum Deutschen Rechte. T. V. p. 87.

m) ibid. pag. 88. Verba notatu digna haec sunt: *Welch Weib ihren Ehemann rauft oder schlägt, die soll nach Befindung und Umstände der Sachen mit Gelde, oder mit Gefängniß gestrafft werden, oder da sie des Ver-*

mögens, soll sie des Raths-Diener einem zum Kleide Wüllen gewandt geben. §. 15. Da aber ein exemplum gefunden werden sollte, daß ein Mann so weibisch, daß er sich von seinem Weibe rauffen, schlagen, und schelten ließ, und solches gebührlicherweise nicht eifert oder klaget, der soll des Raths beyde Stadt knechte mit Wüllen gewandt kleiden, oder da ers nicht vermag, mit Gefängniß oder sonst willkürlich gestrafft, und ihm hierüber das Dach auf seinem Hause abgehoben werden. Similis nimiae mariti patientiae poena quoque occurrit in statutis oppidi Teuchel supra iam laudatis apud III. Walchium l. c. p. 176. tit. 6. §. 13. Läßt sich ein Mann von seinem Weibe verschimpfen, reißen und schlagen, soll Er den Rathsdienner kleiden, Sie aber an das Halseisen treten und

B

dem

bis, iniuria laceffitis emenda plane singularis statuta est in Iure Prou. Sax. et Alemanno. Quum enim, explicante glossa,^{a)} viri quidem similitudinem, neque tamen personam standi in iudicio haberent, iniuria illis illata *umbra viri* emendanda erat, misero et prope ridiculo solamine ideo concessa, ne id hominum genus Emenda omnino desitutum videretur.^{b)} Paullo benigniorem sortem nocti sunt iure ciuitatis *Luneburgensis* vetustissimo.^{c)} Numirum histrio ab honesto viro, quem petulantia sua ad iram prouocauerat, castigatus, si emendam exigeret, denario-

dem Manne öffentliche Abbitte thun.
Nec non secundum Statuta Blanckenburgica iamiam laudata varia, contra politiam commissi peccata, alii rebus ad communem usum necessariis dandis puniuntur, e. g. is, qui aedificiis, pertisque publicis damnum aliquod infert, praeter eius reparacionem *nouam traham, aquae velundam destinatam*. *Ceine neue Wässerschleife,* loco poenae comparare debet. vid. plura exempla apud III. *Walchium*, l. c. T. V. p. 102. sequ.

n) vid. Glossa ad I. Pr. Sax. l. III. art. 45.

o) vid. I. P. S. lib. III. art. 45. Spielleuten und allen denen, die sich zu eigen geben, giebt man zu busse den Schatten eines Mannes. I. P. Alam. c. 397. p. 337 Ed. Berg. Spilläuten und allen den die gut für ere nemen — den gab man den Schatten eines mannes gen der Sunnen, das ist also gesprochen, wer denselben icht laides tut und ist das man in pussen soll der soll zee einer went sten, da dew junn an scheint und sol der Spillman dar-

gen — der sol den schatten an der Went an den hals stanen mit der ranck sol im geplifft sein. Conf. quae de hac re dixit b. Hommelius in oratione iure arlequinizante p. 38. sequ.

*p) *Iura vetus* l. c. *ciuit. Luneb. Latino idiom. exarata*, vid. apud Dreyer. in seinen Nebenfunden pag. 403. ibi art. 122. *Si histriones quenquam offendenter factio vel verbo, et correpti fuerint pro eodem, et si requirant emendam, tunc tesseras prouiciant, et quot oculos sine assis proiecerint cum talibus, tot habebunt denarios pro emenda.* Cf. art. *iud. legit. ciuit. Luneb.* apud Puffend. l. c. T. II. p. 193. *Werset dat jeunich ladder edder ghelyende Man in die Stadt queme, de ghelyt wene doch fines ghilendes Witten, Unde woorde he eyne guden Man verhonen mit Worden, edder mit Daden, worde he darumme tuchtigkeit, unde eschede he Beteringe wen scholde em dre Worpelē in de Hand don. Alze mennich oghe he worpe, also meynighen Penning scholde he em to Beteringe gheven, vnde en scholde dar nene**

denariorum, loco emendaे accipiendorum numerus *triam testarum iadu* determinabatur, ludicra damni accepti reparacione, ludicro, quod elegerat, vitae generi haud male respondente.

§. 4.

Missis vero his mulctis, inter grauiores, easque quodammodo ignominiosas poenas primo collocaamus testi aedium destrucionem, (*die Strafe des Dachabnehmens.*) Singulari vero hac poena non solum in terris *Fuldenibus atque Blanckenburgi*¹⁾ mariti molliusculi, capillos, faciem, atque tergum manibus vnguibusque vxorum patienter offerentes, nec vii vi repellentes, neque de tanta iniuria querentes, sed in Alsatia quoque *Scabini ad iudicium constitendum haud compararentes*, olim afficiebantur.²⁾ De illis Ill. *Rundtus eruditus* differuit, ³⁾ hosque nobis reliquit. Videlicet Dynasta ab Ochsenstein iudicio sue placito in Argentoratensis episcopi curia dominica Haselacensi instituto praeerat. In eo nonnulli praediiorum possessores assessorum seu seabinorum vices gerebant, atque ut statim temporibus adessent et sententias ferrent, necesse erat. Si quis iusto die haud compareceret, dynasta, iudicij praeses, superiorem illius in officio negligenter aedium partem destruere, omnem supellecilem ex illic, praeter aratum et lectum, auferre, miserum et spoliatum

B 2 infra

*nene Nod mer umme leiden.*⁴⁾ Formula lequendi dorch fines ghilendes *Wil-*
len nihil aliud exprimi videtur, quam
vita scenica; in Latinis statutis haec
verba vnico *histronis* nomine versa-
funt. Vox etiam *Gaiheit* non semper
libidinem, sed *petulantiam* etiam at-
que *salacitatem* designat. vid. Illustr.
Walchii Gloff. Germ. interpr. C. C. C.
inseruens sub h. v. p. 296.

1) vid. loc. integr. supra §. 2.

2) vid. descriptionem placiti seu iudi-
cii in curia dominica epise. Argen-
tor. Haselacensi, praefide dynasta ab
Ochsenstein d. a. 1336. apud Schoepflin.
in *Alsacia diplom. Tom. II.* p. 155.

3) vid. *Teutsch. Merkur. Mon. Se-
ptember 1784. N. 9.* p. 282. Obserua-
tio Exc. *Rundt* inscripta est: *Bestra-
fung*



infra limen domus extrahere, et in ventre iacentem, equo impositum ad iudicium rapere poterat.^{t)} Quae poena utroque in casu, meo quidem qualicunque iudicio, ad ignominiam quandam infligendam tendebat, eoque testi destructi symbolo earum aedium dominus, imperio domestico gerundo impar, atque dignitate, qua scabini gaudebant publica, indignus declarabatur. Eundem finem, ignominiam scilicet, corporisque simul afflictuum poenam irrogandam spectabant ²⁾ variae, e. g. canis, sellae, aratri, pilei vel crocei vel albi, viminis, lapidisue portationes seu gestationes. Exempla in antiquis scriptoribus, legibus, statutisque patriis de hoc puniendi modo occurunt multa, in quibus enarrandis doctorum hominum scrinia haud expilabimus,^{w)} pauca tantum collaturi symbola. Primus locus nobis obuius extat inter capitularia Caroli M. vetustatis huius poenae haud spernendum testimonium.^{x)} Ea lege suris, homicidae, adulterae, atque meretricis in palatio regio receptio omnibus ministerialibus interdicta erat. Si quis vero intempestiva forsan misericordia ductus, eiusmodi hominem ibi occultaret, lex humeris eius reum reamue, sarcinam sanc in honestam, usque ad supplicii locum portandam, imponebat. Sic mulierculae pudicitiam in propatulo habentes, vagisque libidinum

fung der Ehemänner, die sich von ihren Weibern schlagen lassen.

t) Verba chartae haec sunt: *Wir-de och der Scheffelen deheinre Juing und keme mit an das gerichte, so het der herre von Ohfenstein der das gerichte besetzt, gewalt, dem Scheffele Sin hus abezbrechende unze an die vier pfosten und unze an die usganden bant, die an di virsi gant, und ze nemende alles das in dem huse is, ane den pflug und das Bette ze berübende,*

Und fall man den Scheffelen under der Scheffen us dem huse ziehen und in buchelingen us ein pfert legen und zu gerichte führen.“ Buchelingen sine dubio responder nostro rücklings.

u) vid. Dreyeri Comment. de Lithophoria seu gestatione lapidum ignominiosa, Kilon. 1752. et quos ibi § 2. pag. 11. de novo Copia s. canum portatione ignom. excitauit scriptores.

x) vid. Capitul. Regum Franc. a Baluzio edita. Paris. 1677. Tom. I. p. 343.

dinum flaminis indulgentes, petulantis linguae, manusque ver-
satilis, lapidum gestatione mox infamiae inurendae, mox solius
ludibrii exponendi gratia coercebantur. Cuius rei exemplis, a
Dreyero^{a)} suppeditatis pluribus, vnicum e iure *Tremoniensi* ve-
tusto adiicere liceat.^{b)} En! duas mulieres rixosas, verbis con-
tumeliosis contra se inuicem acriter pugnantes! Ne vero cre-
das victrixi brabeum dari, caue. Lex contra ea vtramque ple-
bicolae ludibrio exponit. Ambae inducio teatæ prodeunt.
Alteri apud portam vrbis orientem versus duo lapides centum
librarum catenis iunctis humero imponuntur. Misera sub
onere ingemiscens, virium resuscitarum caussa gradum sistit.
Sed frustra! Illius nempe vestigia premit altera stimulo fer-
reō, linguae acutae forsan symbolo haud incongruo, armata,
pungendoque eam impellit. Tristi itinere apud portam occi-
dentalem confecto vices mutant, altera lapides suscipiente, al-
tera eam stimulo agitante, ad portam, vnde venerint, orientalem
redeunt. Eodem modo frumenta ex agris furantes, nu-
mellis publicis affixi, corpus delicti, frumentum scilicet in collo
portabant.^{a)} Nec clerici eiusmodi poenas renuebant. Sae-
pius codicem^{b)} virgas, cereosque ardentes, poenitentiae in-
dicandæ gratia, gestantes ante portas ecclesiarum atque mona-

B 3 steriorio-

y) in *commentatione laud.* §. 3. sequ.
z) vid. *iura Tremoniensia vetusta*,
quæ *Dreyerus* libro inscripto, *Neben-
studien*, inferuit pag. 424. En! ipsa
verba: si due mulieres rixantur ad
inuicem percutiendo se cum verbis con-
tumeliosis, que verkorne Worte dicun-
tur, portabunt duos lapides per ca-
tenas coherentes, qui ambo pondera-
bunt unum centenarium, quod teuto-
nico dicitur even Centener, per longi-
tudinem ciuitatis in communi via.
Prima portabit eos de orientali porta

ciuitatis ad occidentalem portam, et
alia stimulabit eam stimulo servo, fixo
in baculo, et ambe ibunt in camijas
fuis. Alia tunc assumat eos in hume-
ros suos et reportabit eos ad orienta-
lem portam et prima e conuerso stimu-
labit eam.

a) vid. e. g. artic. qui in indic. prou.
elector. Brunic, Luneb. praeleguntur.
art. 55. apud Puffend. l. c. T. II, in
app. p. 357.

b) Exemplum extat apud *Murator.*
in antiquit. Ital. T. II. diss. 23. p. 330.

steriorum conspiciebantur. Qua de re vnicum tantum, at memorabile exemplum afferamus. Nobilis quidam Theodericus ab Elcheleyben in dissidatione monasterio Volkolderodenſi non solum equos abstulerat, sed duos etiam fratres, ut in charta vocantur, conuersos occiderat. Litis funestae dirematio arbitris relinquebatur, iisque Theoderico illi, eiusque criminis perpetrati sociis, ut candelas cereas, et feretrum, nouo panno cooperatum, sumtibus Theoderici comparatum a villa Cornei usque ad dictum monasterium sollemni pompa portarent, injungebant. Quid vero hac poena symbolica declarare voluerint iudices, in aprico est. Huius ad funus efferendum necessariae supellectilis oblatione honestam sepulturam, ferali excommunicationis sententia amissam, poenitentia vero, atque absolutione mox recuperandam publice significare studebant.

§. 5.

Maiores nostros pudicitiam fidemque coniugum mutuam sancte seruasse, Tacitus refert.^{c)} Eo tempore, quo nemo virtus ridebat, nec corrumperet corrumpi seculum vocabatur, publicatae pudicitiae nulla venia, adulterii poena erat praefens, maritus, accisis criniis nudatam coram propinquis adulteram expellebat domo, ac per omnem vicum verbere agebat.^{d)} Priscam hanc castitatis laudem variae antiquae leges, atque statuta ignominiosis praesertim poenis, interdum quidem

^{c)} vid. Sentent. 1313. XVI. Cal. Iul. lat. inter diplom. et script. hist. German. mediū aevi, cura Schoetgenii et Kreyßigii, T. I. pag. 788. s. qu. verba adscribam: a loco praedito Cornei usque ad monasterium praeditum portabant idem Theodericus et alii vii nobiles, sequendo processionem

huiusmodi, unum feretrum cooperatum paldekino nouo, ab ipso Theoderico desuper comparato.

^{d)} De moribus German. c. 18. sequ.

^{e)} Si vetusto Saxonum chronico fidet habenda esset, apud eos maritus quoque

satis indecoris secundum nostros mores, custodire, atque ne quid detrimenti caperet bona virginum, matronarumque honestatum existimatio calumniatorum, furtiuos amores iactantium, impudentia atque malitia, cauere studuerunt. Ad illas poenas eam potissimum referimus, de qua erudite differuit Dreyerus, ^{f)} poenam scilicet traditionis per urbem eo, quo peccauerat membro. [¶] De hac vero sollertia exemplum satis luculentum subministrant statuta vetusta Augustana, [¶]) quippe quae eiusmodi calumniatori, lingua, per quam peccauerat, exsecta, sub severa ultimi supplicii, si forte rediret, comminatione, perpetuum indicabant exilium.

Ne vero, limitibus huius commentationis arctioribus, ad alias iuris quaestiones pertractandas, locus deficiat, ultimam,

qua

^{OSSER}
quoque poena afflitus est. Verba haec sunt: *De Saffen satten upp vor eyn Recht, — we de oik overtrat syne Ee, was dat eyn Mann, he moste eynen Schornobben tragen, was dat och eyn Wyff oder Moget, der snetyt man ore Kieder ass bnedden den Gordel under fog sie met Geyßen. Quid in hoc loco significet vox Schornobben? me nescire, libenter fateor.*

f) vid. commentat. eius supra laudiam §. 6. p. 25. sequ.

g) Illud „per quae quis peccat, per eadem puniatur.“ variarum poenarum fundamentum suisse, constat. Hoc quoque pertinet poena castrationis, qua serui ob adulteria aut stupra afficiebantur lege Salica tit. XVII. §. 4. Triffti hac cuncte poena id a iudeo cum caninge vel virgine Christiana perpetratum crimen Moguntiis olim vindicabatur. En! iuris antiqui Waltpo-

diorum Mogunt. verba, quae extant apud Gudenum in Cod. diplom. Mogunt. Tom II. pag. 499. Auch wan ein Waltpode einen Iuden bey einer Cristen Frauwen oder Magde finde, Unkeuschheit mit ihr zu treiben; die mag er beide halten. Da soll man dem Iuden sein Ding absniden, und ein Aug ufliechen, und Sie mit Ruden ussigen; oder sie mögen vmb eine Summe darumb dingen.“ Licer huius poenae ratio quaedam, illud scilicet antiquum axioma, carnis, vii vocant, delictorum intuitu, afferri possit, intelligere tamen plane nequeo, quam ratione commoti Frisiones, (add. L. Frij. tit. 12.) sacrilegium, Satii, (L. Sal. tit. 42. §. 4.) furium a seruo factum eadem virilitatis priuatione coquerint?

h) vid. Statuta vetusta Augustana de anno 1276. §. 162. sequ. apud Walch.

qua arborum violatores in quodam Germaniae trætu olim affecti sunt, poenam adiiciamus crudelissimam. Cuius quidem petulantiae coercitiones häud leues in legibus variis occurunt,ⁱ⁾ sed nullam huius delicti poenam crudeliorem adhuc inuenire potuimus ea, quam continet documentum de iuribus cuiusdam syluae possessorum anno 1484. consecutum, fideque publica munitum. Nemo, inquit lex cruenta, arbores corticibus spoliat; si quis hoc crimen perpetrabit, eius umbilicus extectus ad arborum affigatur, eiusque intestina, arborem circumducendo, extrahantur.^{k)} Cuius crudelitatis a defensione alieni, nobis, vti apud Gellum de illa haud mitiori debitorum obaeratorum Romanorum sectione in partes perhibetur,^{l)} nullum huius inflictæ poenae exemplum obuium fuisse, in honorem temporum illorum saltim asseuerare possumus.

OBSER-

Walch. III. 1. c. Tom. IV. p. 176. sequ.
Ibi §. 162. ist auch, daß ein Mann einenes erbaren Mannes Kind oder Schwestern oder sin Stifffelen die ein Junkfrau ist in Lünde bringt, daß er sich er rühmt, das aun laugen ist, oder hinz im bracht wird als recht ist, und darun benötet wird, das sol man um also rich ten, daß man darzu geben solt weizig und erber Frauen zuu, den wohl ze glauben ist, und die darzu wohl künnen und sollen, die das Kind sehen, und sollen steven zu den heyligen daß sie die Wahrheit sagen, und sagen sie das Kind ein Magt, so soll man also richten, daß man ihm die Zunge ausschneiden soll, der den Lünden gemacht hat, und soll nimmermehr in dijs stadt kommen, und wo man ihn darüber hinne findet, so soll man ihn henken, aun Urtheil.^{m)}

i) vid. Hommel. Rhaps. Obs. 546.

pag. 944. Boehm. Städtrecht c. 50.
p. 19. et Mand. d. d. 20 Mai. 1611.
et Mand. d. d. 26. Ian. 1619. in Cod.
Aug. Tom. II. p. 615. et 617. secundum
quas leges Saxon. damni arboribus illati poena erat fustigatio et manus amputatio.

k) vid. apud Lersnerum in Chron.
Francofurtensi l. 1. c. 31. pag. 468.
Das Instrument wegen und über die hohe Mark um den Feldberg ao. 1484.
d. 14. Jul. auf der Aue vorn Obern Ursel durch kayserliche Notarien auf gerichtet, ibi: Item, es soll niemands Bäume in der Mark schälen, wer das thät, dem soll man seinen Nabel aus seinem Bauch schneiden, und ihn mit demselben an den Baum nachten, und denselben Baum schäler um den Baum führen, so lange bis ihm alle sein Gedärme aus dem Bauche gewonnen seynd.ⁿ⁾

l) vid. Gell. in Noß. Att. I. XX. c. 1.

OBSERVATIO II.

De murariorum et fabrorum lignariorum operas in exstruendis reparandis palatiis aliisque electoralibus aedificiis nec non fortalitiis praestandi obligatione.

Secundum antiquissimam obseruantiam in terris Saxoniceis electoralibus collegia murariorum atque fabrorum lignariorum ad certas summo Principi praestandas operas, quae singulari nomine *des Hoszugs insigniuntur, obstricta sunt.*^{m)} Cuius vi omnes huic illiue collegio adscripti adigi possunt, vt pro certa mercede per aliquod temporis spatium in exstruendis eius cuiuscunque generis aedificiis operas conferant. Qua obligatione sodalis eorum, vbiunque locorum degat, siue prefecturis, siue patrimoniali iurisdictioni subdit, sese exsoluere potest nullus, atque ne quis hoc forsan audeat, magistratus, iubente principe, tabulas, singulorum ibi commorantium nomina continentes, confidere, atque tradere tenentur. Nec intuitu aedificiorum electoralium villa est differentia, nec earum operarum, de quibus loquimur, praefatio ad solam urbem regiam pertinet, sed eae potius in palatiis, castris, aliisque summi Principis aedibus, nec non pontibus, quorum cura ad fiscum pertinet, atque fortalitiis nouis exstruendis, collapsique reficiendis omnibus exigi possunt, iussu eius, qui aedificationes in Saxonia dirigit, (*Oberbauamt director,*) indicande.

Tem-

^{m)} Similis obligatio occurrit in artic. iudicii legitimi, ciuit. Luneburg, apud Paffendorfium l. c. T. II. in app. p. 193. ibi: *Alle Hantierthen de syn*

Murmeflere edder Timmerlunde scholten rede weffen, ifft Je geladen werden van dem Rade to der Stadt Buwe edder des Rades behuiff. We des vorweige.

C





Tempus, per quod adesse debent citati, plerumque quatuor septimanarum terminum continet, singulique, dummodo iusto ordine euocentur, nec necessitas aliud vrgeat, ad eas operas faciendas saepius quam bis in anno vix adiunguntur. Ne vero credas, eos hoc officium gratis praestare, caue. Promte, et sine vlla dilatione mereudem accipiunt in Ordin. Politiae d. a. 1661. determinatam.") Nec vllus eorum has operas impune detrectat, sed contumaces arresto in communi eorum arca (*Innungslade*) imponendo, statutorum a principe confirmatorum reuocandorum comminatione, nec non mandato, de sociorum inobedientium operis haud conducendis, horum magistris dato, mulctis carcerisque poena, atque etiam manu militari cogenite, ne huic officio patri patriae, iuriumque contra turbonum vexas defensori clementissimo, debito desint, cogi possunt. Iam vero litteras patentes a Diuo Ioanne Georgio II. propria manu confirmatas huic qualicunque obseruationi ad iuris officiarii notitiam amplificandam spectanti, argumenti illustrandi gratia, adiiciamus. Verba haec sunt: Der Durchlauchtigste des heiligen Römischen Reichs Erzmarischall und Churfürst zu Sachsen, auch Burggraf zu Magdeburg, füget Dero Beamten und Raethen der Staedte hierdurch gnaedigt zu wissen: Nachdem bis anhero unterschiedene und zwar die meisten unter denen von Adel befindliche Mauer- und Zimmergesellen, einer vermeinten Freyheit halber, sich des Hofezugs gänzlich entbrechen wollen, und aber anjezo unterschiedene Civil- als auch Vestungs - Gebäude unter Handen, auch auf allbereit gethanes Begehren und Erfordern des Ober-Bau-Amts, viel ungehorsam aussenbleiben, indem sie zuwider des *uralten Herkommens*,

*weigerunge dede, de breke dre Marck,
de scholdie eyne unjen Heren, und twe
to de Stad Buwe.*

*n) vid. Polizey- Ordnung d. a. 1661.
Tit. XXIII. C. 9, in Cod. Aug. Tom. I.
p. 1606. sequ.*

kommen, solche Mauer- und Zimmergesellen, weiln ihnen das gewöhnliche Lohn allezeit richtig bezahlet wird, sich nicht entbrechen können: Als wird obbemeldeten Beamten und Räthen jedes nach specificirten Orts, hierdurch ernstlichen anbefohlen, nicht alleine solchen, unter ihrer Jurisdicition befindlichen Mauer- und Zimmergesellen, die Gestellung zum Hofzuge kraft dieses nachdrücklich aufzuerlegen, sondern auch denen der Orten anwesenden Meistern der Mauer- und Zimmer-Handwergs bey 10. Thaler Strafe (so uf begebenden Fall alsobalden einzutreiben, und dem Oberbau-Amte zu fernerer Verordnung anhero zu übernachen) kraft dieses anzudeuten, dass sie keinen einzigen Gesellen, so um vorhergesetzter Ursachen willen, umher läuft, und des allezeit üblichen Hofzugs seiner landesfürstlichen Hohen Obrigkeit sich entbricht, fördern, vielweniger einige in ihre Zünfte einnehmen, noch darinnen dulden und leiden, oder selbigen Vorschub thun sollen. Wornach sich also mehrerwähnte und hernach denominierte Beamten und Räthe in Staedten allerdings zu achten, ihrer Churfürstl. Durchl. gnädigsten Willen hieran zu vollbringen, und hierunter nichts zu verabsäumen, auch der Insinuation halber, sich zu unterschreiben haben. Zu mehrer Urkund ist dieses Patent von mehr höchstbesagter Ihrer Churfürstl. Durchl. eigenhändig unterschrieben und mit Dero Cammer-Secret bedruckt worden. Geschehen Dresden, am
 1. Julii Anno 1673.



OBSERVATIO III.

*De iure offerendi creditoribus hypothecariis posterioribus
contra priores secundum leges Romanas competente, in
Saxonia non necessario.*

Apud Romanos posterioribus creditoribus hypothecariis priori creditum, hypotheca munitum offerre, quid? pecuniam, sortem scilicet cum usuris, si forte accipere nollet, obsignatam deponere, eum in finem licuisse, ut ipso iure, nullaque praeuia cessione, in illius locum succederent, pignorisque sui cauissim confirmarent, e variis *Digestorum* et *Codicis* legibus luculenter appareret.^{o)} Quod in securitatem posteriorum creditorum ius introductum primo quidem obtutu iniquitatis notam mereri videtur. Eo enim, inquit *Noëtius*,^{p)} summa prudentia ac prouidentia creditori anteriori quaesitum pignorius, in crediti et usurarum securitatem, eidem afferabatur, atque ita, quo quis felicius sibi de hypotheca sufficiente prospicerat, eo facilius ab ea per factam a creditore posteriore oblationem depellebatur, non sibi, sed aliis vigilando propiciens. At sine iusta cauissa dicam scribunt DD. huic iuri, ceteris, quae intuitu pignorum in legibus Romanis obueniunt, principiis vel maxime consentaneo. Quum enim nec secundum creditorem, nisi priori creditori debita fuerit soluta quantitas, pignoris distrahendi potestatem consequi,^{q)} nec eum, quo

^{o)} vid. *Tit. Dig.* qui pot. in pign. vel hypoth. *Tit. Cod.* qui pot. in pignore habeantur, nec non tit. de his, qui in priorum creditorum locum succedunt.

^{p)} vid. *Noëtius* in Comment. ad *Tit. Dig.* qui pot. in pign. n. 35. p. m. 732.

^{q)} vid. *L. 8. C.* qui potiores in pign. hab. *Diuersis temporibus eadem re*

quo minus prior creditor rem pignori sibi obligatam distraheret, licet ea venditione legitime facta omne ius pignoris extingueretur, et, sorte prioris cum usuris antea deducta, exigua pars pretii, quid? nihil forsitan relinquatur posteriori, impedire potuisse,¹⁾ iuris esset manifestissimi; quis, quaeso, hanc offerendi facultatem concessam iniquitatis accusabit? Sententiam vero longe aliam creditorum hypothecariorum in Saxonia conditio hodierna suadere videtur. Iam apud nos cessat prior ratio, de qua, in hoc iure largiendo, cogitauit legislator Romanus. Quid enim nostris moribus impedit, quo minus, debitore iusto tempore haud soluente, quilibet creditor hypothecarius, etiamque inter plures locum obtineat ultimum, ad rei oppignoratae venditionem, secundum legum normam faciendam prouocare possit? Nec aliter res sese habet altera ex parte. Apud Romanos quidem facilis negotio fieri poterat, ut creditores secundi, rei oppignoratae venditae pretio prioris fortis solutione exhausto, omni pignoris constituti utilitate, sine illo iure offerendi, priuarentur. In Saxonia hypothecae contra ea nonsolum consensum vel domini directi, vel iudicis rei sitae requirunt, sed legislator Serenissimus quoque, ne is consensus in feodalibus bonis dimidiari partem, in allodiis autem duas partes tertias pretii in nouissima acquisitione determinati, aut aestimatione iusta ex ratione denuo facta, constituti, haud excederet, sapienti consilio cavit,²⁾ omni-

re duobus iure pignoris obligata, eum, qui prior data mutua pecunia pignus accepit, potiorem haberi, certi ac manifesti iuris est: nec alias secundum (creditorum) distracti potestatem huius pignoris consequi, nisi priori creditori debita fuerit soluta quantitas. Cf. L. 5, pr. D. de distract. pign.

1) vid. L. 3. C. Si antiqu. cred. Quo minus creditor, qui antea pignus accepit, distrahat: non offerendo secundus priori debitum interpellare non potest.

2) vid. Lehns-Mandat d. a. 1764. Tit. 6. §. 1. in Cod. Aug. Cont. T. I. p. 1031.

❧ ♚ ❧

omnibusque ita, quounque tempore et a quo quis pignus dis-
trahatur, hypothecariis creditoribus satisfieri potest. Quae-
cum ita sint, equidem haud intelligo, quanam ratione apud
nos ius illud offerendi Romanum creditores posteriores hy-
pothecarios reddat securiores, iisque, si forsitan locupletiores
ad pecuniam otiosam, priore misero creditore depulso, foe-
nore collocandam eo iure abuti vellent, iniuritatis reprehen-
sionem euitare possint. Eo saltim casu regula illa, alias aurea,
secundum quam ad ea, quae mihi non nocent, alterique
prosunt,¹⁾ concedenda compelli possum, vix applicanda esse
videtur.

p. 1031. nec non *Mandatum wegen*
derer, bey Ertheilung der Consense auf
solche Güther oder Grundstücken, de-
ren wahrer Werth zweifelhaft ist,
zum Grunde zu legenden gerichtlichen
Taxationen. d. d. 6 Jun. 1772. Quo
mandato clementissimo Princeps ele-

ctor Serenissimus non debitorum so-
lum, sed etiam creditorum, ut ex ipsis
eius verbis apparet, consulere studuit
utilitati.

t) vid. L. 2. §. 5. D. de aqua et
aqua pluv. arc. act.

COROL.

COROLLARIA.

Libellaria bona mihi esse videntur ea, quorum dominium utile pro canone s. censu singulis annis soluendo, ea tamen lege, ut contractus sub poena priuationis, expletis annis determinatis, renouetur, concessum est. Quae mea qualiscunque opinio nititur quodam diplom. antiquissimo d. a. 870. (vid. Origin. Guelphi. Tom. II. p. 101. et Murat. Antiqu. Ital. Tom. III. p. 156.) cuius verba haec sunt: priscarum legum auctoritates concesserunt, ut qualiscunque persona res ecclesiasticas sub usu beneficii in suis necessitatibus procurandis vel adsequendis acquirere voluerit, sub ipsis manifestentia, qui caput ecclesiae praefesse dignoscitur, in nomine Praefariae, sive libelli eas tenere sub censu decem et nouem annis debeat, atque his expletis aut ipsum libellum renouare studeat, aut rector ecclesiae ipsas res in suo iure ac dominatione recipiat. " Precariis itaque simillima, nisi synonyma esse videntur.

2.

Renunciationes atque donationes variis in Germaniae locis olim non solum sub dio, sed etiam in via regia s. publica fieri solebant. Exemplum memoratu dignum occurrit apud Hergott. in Geneal. Habsb. T. III. p. 320. vbi charta donationis a Rudolpho de Kayserstuhl monasterio Wettingensi anno 1255. factae his verbis finitur: *Acta sunt haec ante portam saepe dicti monasterii extra ipsius septa et clausuras secundum consuetudinem donationum in strata regia et publica, sub aere libero non concluso.*" Bonis praesertim, loco Morgengabe datis, eo in loco mulieres renunciabant. Sic Margaretha de Schalichdorf hanc renunciationem testatur in charta d. a. 1341. in Mon. Boicis T. I.

D

P. 438.



p. 478. his verbis: daß ich denselben Tags vor den Rechten, und auch
dabey auf die Reichs Landstrazzen mich meiner Morgengab
verzigen han, als sich ein Frau ir Morgengab verzeihen soll; ibid.
p. 440. anno 1344. Catharina vxor Ludou. de Ehmering eidem
renunciat, auf einer freyen strazen, da man sich solchis gut und
recht verzeihen soll, nec non ibid. Tom. VII. p. 404. anno 1326.
eiusdem renuncatio facta est his verbis: han ich Mechthilt Ul-
schalks Hausfrauue von Eckingen mich derselben Voigtey verzygen auf
des Reiches Strasse mit einem Ayde auf meinen Brüsten, als man
sich durch Recht Morgengab verzeyhen soll, et an. 1348. Tom. VI.
p. 603. a Catherina de Rohrbach mit Worten, Werken und Gebärden,
uff des Richs Strazz. "

3.

Creditoribus hypothecariis prioribus quoque competebat
ius offerendi.

4.

Creditores posteriores non aliter, nisi ad consequendam
distrahendi pignoris facultatem, vel ad eius venditionem,
quam creditor prior intendebat, impediendam, iure offerendi
vti poterant.

5.

*Cingulum porrectum occurrit symboli loco in renunciatione
et traditione grauidarum mulierum.* Exemplum afferunt Mo-
num. Boic. T. I. p. 443. in dipl. anni 1343. En verba: — und
hann uns des Guts verzigen in dez Herrn Abts Hent, und sunderlichen
ich genannte Margerethe, wenn ich ze desselben Zeiten eins Kindleins
schiewanger war, han ich mich des vorgenannten Hof's genzlichen
mit dem Gürtel verziehen, die gereckt han, da entgegen waren unsre
Gemögen, und auch der Kindleins, daz ich ze denselbigen Zeiten unter
meinem Herzen trug. "

Wittenberg, Diss., 1791



f

sb.

Farbkarte #13



INAVGVRALIS
QVASDAM IVRIS
ET SAXONICI

N E N S

1777 7

M
VE IVRE HONORIBVS
E N D I S

S. MDCCCLXXXI

S.

TORIS SAXONIAE GRATIA

E S I D E

E T

O R

LIEB MEINHOF

S A X O

ARCHIVI SENATVS SANCTIORIS,

PIS ELECTORIS SAXONIAE

SECRETARIUS.

R G A E

CHRISTIANI DÜRRIT.